

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia  
Romanorum imperator augustus.

Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam  
futuris quam praesentibus, qualiter nos per manum cuiusdam nobilis viri Richolfi<sup>1</sup> dicti  
quandam sui iuris servam SIGENAM nomine manu nostra de manu illius denario excusso  
liberam fecimus atque ab omni iugo debitae servitutis absolvimus, ea videlicet ratione  
ut predicta SIGENA tali deinceps lege ac libertate utatur, quali cetere a regibus vel  
ab imperatoribus manumissee hucusque sunt use. Et ut haec a nobis donatae libertatis  
auctoritas amodo stabilis et involuta permaneat, hanc cartam inde conscriptam sigilli  
nostrri impressione iussimus insigniri.

Uuinitherius cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Data XVII. kal. aug. anno dominicae incarnationis ML, indictione III, anno autem  
domni Heinrici tertii regis secundi imperatoris ordinationis eius XXI, regni XII, imperii IIII;  
actum Norenberc, feliciter amen.

---

<sup>1</sup> Die Namen Richolf, SIGENA und Norenberc wurden nachträglich in dafür frei gelassene Lücken eingesetzt. Es war üblich, auf Hoftagen eine gewisse Anzahl vorgefertigter Urkunden bereit zu halten. Der Schreiber hat offensichtlich (aus Versehen?) eine Freilassungsurkunde für eine männliche Person verwendet und dann für eine weibliche Person als Empfängerin entsprechend ausgebessert.